providus petrus Sernitz Nobilis Stanislai Lowiczki
coram officio et actis praesentibus ostendit et manifestavit Dni
nus exiguum sanguinis concretum in superficie sinistro ste
dilaceratione cutis in manu dextra circa costam pro quibus
inculpavit prodiit Joannes Krayowski scriptorem Nobilis
Stanislai Lowiczki

## Sliwniczki cassat inscriptionem per Thi
## rawska super wolczuchi facta

Actum in castro Premisliensi feria sexta ante festum San
12/VII. cte Margarethe virginis proxima anno 1566 sexto
Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus pre
misliensibus Quensus Stanislaus Sliwniczky recedens a terris et
distinctibus suis quibusvis recognovit quia inscriptionem castrensem
Premisliensem donationem per Quensam Zophiam consortem Quensi
Jacobi Thyrawsky super bonis ville Wolczuchi facta eandemque
inscriptionem praefatus Stanislaus Sliwniczky cassat mortificat
et in nihilum mortifera convertit sibique et suis posteris pro
praemissis omnibus perpetuum fant et imponit silentium

## Mandatum sacrae Regiae Mtis ex par
## te in collarum strona ad Czerniewski

Obtate sunt littere Mandati sacrae Regiae Mtis sub titulo
et sigillo eiusdem sacrae Regiae Mtis obsignatae ad officium Cracoviensem
Pnna castrensem Premisliensem ex parte in collarum de villa Stronna
ad Capitaneatum Samborienses pertinentem ad Nobilem Andream
Czerniewski scultetum in villa Stronna quas litteras penierunt
in acta Pnna castrensem Premisliensem inscribi et acticari quod officium
admisit quarum litterarum tenor sequitur et est talis
Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae Magnus dux
Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiaeque dux etc. Fidelis
Nobilis Andree Czerniewski scultetus seu Kniaziowi nostro in
villa Stronna Capitaneatus nostri Samborienses fideli dilecto
Quam nostram Regiam fidelis dilecte Questi sunt gravitatem coram
nobis subditi Cricolae predicte ville nostre Stronna defi
tua quod ipsos multis et intollerabilibus iniuriis et damnis
praeter ius et aequum afficiat agros eorum proprios et prata
Cmethonibus nostris certis ex eisdem pulsis advocatis seu scul
tetie suae licentiose adiungis bonaque nostra deserta facis pro
agris quoque eorum Cmethonum quos tota communitas eiusdem velle



in fundo agrorum proprioris locaverat ad utilitatemque nostram fecerat
summas non mediocres pecuniarias extorquere et pro usu suo convertere
ausus es Dationem vero tortarum vulgo Kolaczow Quae ex antiquo tan
tum modo grosso uno usuali a singulis Cmethonibus agrum integrum co
lentibus redimebat ad redimendum Quorum solidis cogis ac insuper
a quolibet Natino filio Cmethonali in eodem agro patrono residente
huiusmodi dationem seorsivam ultra solitum exigis collationem antecessi
tata vulgo czthe Quam ratione dicte dationis ipsis debes eandem
subtrahis cuique ipsos ad obeunda aliqua servitia nostra vel de
fendenda reprimendaque damna bonorum nostrorum ire contigit et
ipsis exclusis domo te continens et una cum ipsis prout debes
ire recusas domum quoque certam in villagio communi pro eos edificat
ipsis adimis sumptusque et impensas pro eadem construenda expo
sitos nec solvere vis nec alicui communi nostrorum eam inhabita
re volenti vendere permittis Rectus eorum graecos tam in templo
quam privatim in domibus impedis turbas et distrahis ad insolitos
labores sibi praestare cogis verberibusque et nonnunquam ac in
auditu quae carceris ultra quam homines decet afflegis multisque
aliis iniuriis quas necessarie longum esset molestas penisque et
multis pecuniariis ultra omne equitatem depactas quasque
eorum iniurias si ita se habent molesto uti debemus ferimus
animo cum officium hoc in defensa potius non oppressionem subditorum
nec quod inde sequeretur in desertationem bonorum nostrorum tibi a nobis
concessum sit Quapropter eorundem conquerentium indemnitati pro
spicere volentes fidelitate serio mandamus ut postquam praesens re
quisita fuerit Quicquid per te dictis subditis nostris nostro pro
nominato tam agrorum quam pratorum ademptum et per scultetiam ille
gittime adiunctum tam quicquid pecuniarum tam ratione agrorum quam
multarum indebite emunctum est una cum aceruo avene de pa
ctate ipsis vice versa restituas ipsosque subditos nostros tanta
quantitate agrorum retineri prout ex antiquo tenuerunt fanas
ad solvendas dationes Kolaczow non aliter eosdem cogas nisi iuxta
antiquam consuetudinem ex uno agro Cmethonali integro grosso
unum bis in anno temporibus solitis pendere idque collatione
alias czesz more usitato illis praescripta filios vero Cmethonum
in eisdem agris patrono residentes ad huiusmodi dationem praestan